DISSERTATIO POLITICO-PHYSICO-MEDICA,
DE

MILITUM VALETUDINE TUENDA,

Quam,

AUSPICE DEO PROPITIO,

Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ,

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ETC.

DN. DECANO SUO SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQVE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQVE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXIX. D. FEBRUAR.

PUBLICAE AC PLACIDAE ERUDITORUM VENTILATIONI

SUBJICIET

AUCTOR RESPONDENS

CAROLUS LUDOUICUS Storch,

HERFORDIA-WESTPHALUS.

HALÆ MAGDEB. LITTERIS HENDELIANIS.

Cicero de Nat. Deor.

Opinionum commenta delet dies;
Naturæ judicia confirmat.

I. N. D.

§. I.

Milites ſunt viri, qui ad defendendam publicam tranquillitatem contra inſultus hoſtiles Imperantium ſumptu aluntur (Polit.)

§. II.

Hoſtiles inſultus maxime & turbant & infeſtant ſalutem ac tranquillitatem publicam; (exper.) Hæc autem in forma Reipublicæ recta Imperantium finis ultimus; (Polit.) Eſt itaque neceſſarium in Republica quod alantur milites. §. I.

§. III.

Ad finem hunc obtinendum haud apti ſunt imbecilli ac valetudinarii, ſed robuſti magis requiruntur ac ſa-

ni; (exper.) Hi vero, nullas si observare aut volunt aut possunt regulas sanitatis, facile in morbos abeunt atque imbecilli evadunt; (hygien) Quapropter necessarium etiam est, illorum quod tueatur valetudo §. II.

§. IV.

Quum autem ad illam obtinendam tuendamque & Imperantes in regendo & subditi in officiis suis exsequendis regulas quasdam sanitatis prophylact. observare debent §. III. Utile igitur agi duxi, aliquas ex certis principiis ac veritatibus cognitis si eliceremus publicoque sisteremus.

§. V.

Principale officium, quo milites tempore pacis & in hyberniis degentes tenentur, est ad mœnia vigilare atque per certam temporis periodum sub cœlo aperto excubare germ. Schildern. Hoc functos ex parte subinde vexat aer. (exper.)

§. VI.

Nimis æstuans illorum humores sub exercitiis vehementer expandit, motum sanguinis celeriorem reddit; transpirationem & excretiones alias adauget; humidissima aquea, spirituosa, volatiliaque dissipat, foras ejicit, ac vasa exsiccat; fixiora autem oleosa terrea saliaque fixa magis auget, accumulat, inspissat, compagit; Exinde itaque, obstructio, inflammatio, dolor capitis, vertigo, lipothymia, alvus obstructa, sitis &c. oriuntur. (path.)

§. VII.

Sic dispositi, magna plenaque gula ad sitim exstinguendam si imprudenter nimis frigida hauriunt, haud raro in faucium, œsophagi, ventriculi, intestini inflamma-

tionem febri nuptam incidunt, Imo nonnunquam in subitam quoque mortem. (path.)

§. VIII.

Contra hos morbosos insultus optime defenduntur, duces si 1) non sinunt in tali constitutione aeris per longam temporis periodum suos excubare; 3) Curant exstruenda tecta germ. Schilder-Häuser, sub quibus aeris injurias in aliquid declinare possunt; nam facile haud impetrant a suis quod temperanter in bibendo agant.

§. IX.

Nimis gelidus corticem corporis externum indurat, spiracula cutis claudit in & sensibilem transpirationem vel imminuit vel plenarie etiam sistit; Pulmones siccat & stringit eorumque sanguinem coagulat densatque; Corpus hoc modo accumulat & adgravat multis impuris humoribus; Unde obstructio, inflammatio, exsiccatio, anhelitus, tussis, catarrhus, coryza, gangræna, sphacelus, febres &c. nec non inopinata mors interdum, contingunt (path.)

§. X.

Aer non agit tantum secundum sphæram suæ activitatis, verum etiam receptivitatem subjectorum (phys.) Hinc in illos, quippe qui humores suos vel potu inebriante vel motu nimio in orgasmum vehementem concitarunt ac corporis poros valde recluserunt, magis dominatur tyrannideque invehitur, quam sobrium & moderatum qui habent vitæ genus (hygien.)

§. XI.

Horum plurimis affectibus aditus itaque intercluditur, duces si 1) diligenter in §. VIII. commendata

obſervant; 2) excubantibus largiuntur veſtimenta e. g. Pallia quibus mediantibus corpus tegere & extremos artus bene fovere valent 3) inebriantium liquorum abuſum quantum poſſibile tollunt, ob §. VIII. in fine. 4) ſuis ſubditis imperant veſtimenta hybernia tempore verno tarde imminuere, rurſumque cito veſtes æſtivas autumnali tempore augere.

§. XII.

Nimis autem humidus, nebuloſus multis vaporibus refertus valde maleque afficit fibras imprimis pulmonales cæterasque quas tangit, laxando, ſolvendo, debilitando; tranſpirationem prohibet, tollitque. Unde Tuſſis, Diarrhœa, Catarrhus, febres, &c. quem magnus calor ſi comitatur, cita putrefactio; frigus, feroſa colluvies ac decubitus eveniunt. (path.)

§. XIII.

Eadem in §. VIII. XI. ſupra commendata hic etiam ſuademus exſequenda ducibus.

§. XIV.

Ex aere nimis ſicco, gravi, levi, cum pauci tantum reſultant morbi. (path.) [hic ratio elevationis poli eſt habenda] Nec militibus gregariis nimis ſtricta diæta præſcribi poteſt; ideoque de illis hic agere ſuperfluum etiam autumamus (exper.)

§. XV.

Paluſtre, cœnoſum ac ulidum ſolum, ubi ſcilicet infamis & venenatæ proſapiæ hoſpitantur inſecta, cadavera, & vegetabilia malæ indolis in copia putreſcunt, inclementem ac naturæ noſtro inimicam habet alitque atmoſphæram; Utpote ex quo calor radiique ſolis inquina-

namenta falium, terrarum, nec non fordes, exuvias, ovulaque infectorum fugunt ac in circumfluentem aerem ducunt. (Phyf.)

§. XVI.

Ejusmodi nefariis particulis imprægnatus aer maxime rodit, pungit, lacerat pulmones & hoc modo tuffim, afthma ficcum, &c. producit; faliva cibo potuve in ventriculum vectus ibidem vellicando, ftimulando, liquorem gaftricum invertendo, Cardialgiam malosque effectus quoad appetitum & concoctionem parit; Reliquo vero tractui vifcerum fi inferitur vafis lacteis abforbetur & fanguinis maffæ communicatur, Icterum, diarrhœam, dyfenteriam ac febres putridas facile excitat &c. (path.)

§. XVII.

Plurimi horum affectuum feliciter avertuntur, quando prope talem infamem paludem excubantes 1) per fpongiam aut linteolum (Schnupfftuch) per fe vel aceto vinove imbutum &c. aerem ducunt ac ori naribus diligenter admovent; Hoc modo aer intrans in aliquid purgatur 2) falivam promovens e. g. Rad. angel. galang. vel Tabacum &c. ore volvunt ac expuunt (in hoc ftatu enim non licet militibus fumo delectari tabaci) 3) Cito revocentur & mutantur §. VIII. XI.

§. XVIII.

Debent etiam excubias habentes omni fere momento temporis aerem fubito mutare, ex calido fcilicet in frigidum viceque verfa fe conferre quando vel ipfos excubiæ circumeuntes vifitant falutantque vel excubantes revocandi ac mutandi funt. (exper.)

§. XIX.

Uti vero omnis ſubita mutatio mala ſic & hæc quoque malignitatis haud expers eſt. Producit enim effectus morboſos §. IX. fere ſimiles, verum diſpoſitos hi facilius occupant §. X. (conſtitutio hyemalis ac noctes frigidæ ſupponuntur.)

§. XX.

Dare hic melius conſilium ad prophylaxin ducens nequimus, quam quo 1) abuſus tollatur 2) commendata ſupra §.XI. 3) duces impleant.

§. XXI.

In addiſcenda diſciplina militari nimis duriter ſi tractantur diſcipuli martiales ac ab ortu ad occaſum usque ſolis ſub dio valde æſtuante aut algido exercentur nonnulli in morbos §. VI. VII. ſeq. migrant.

§. XXII.

Hac in re præfectis incumbit 1) dies eligere ſerenos temperatosque. 2) ſuis, niſi neceſſitas urget, qui ſtupidi ingenii ſunt, parcere ac ſubinde dormire.

§. XXIII.

Conclavibus inhabitantes, quippe quæ prope receptacula excrementorum jacent, feneſtras fractas diſcuſſas, omni aeri ut liceat liber aditus, atque lectos corpus tegendo inſufficientes habent, in morbos §. IX. ſeq. facile labuntur, facilius vero, pocula ebrietatis ſi libarunt & lectos ſic §. X. ſubeunt.

§. XXIV.

Opera itaque præfectis danda eſt ſui ſubditi, ut 1) in conclavia ducantur, utpote quorum proſpectus non

inſa-

insalubris, fenestræ integræ, & lecti bonæ notæ 2) sobrie vivant §. XI. 3)

§. XXV.

Mala consuetudo quorundam ducum animum occupavit, quod scilicet suos febre aliqua (sunt enim febres hic maximi momenti) laborantes imperitis chirurgis (artis medicæ expertibus) committant aut præmature sanitati restituere imperent; sed heu! in pejores sæpissime præcipitantur successus; quod experientia quotidiana non tantum docet, sed etiam ille tristis casus, quod, referente Cl. Rhambergio,* Chirurgus in castris prope Manhemium positis 400. fere milites febre tertiana correptos Chin China in hydropem conjecerit, confirmat ac testatur.

* In Ephem. N. C. dec. 3. Ao. IX. X.

§. XXVI.

Verum enim vero materia febrilis inconvenientibus medicamentis tractata & corrupta in nonnullis (posito) quoad quantitatem & qualitatem licet sit eadem; Attamen diversi ratione subjectorum resultant exinde effectus morbosi. (Therap.)

§. XXVII.

Illa enim eo tendit ac pellitur, quo minorem invenit resistentiam (mech.) Propterea igitur in aliis labefactatos pulmones qui habent vel hæreditate vel casu, vel perverso aut nimis duro vitæ genere adscitos, ipsos occupat & Phthisin ibidem facile parit &c. In aliis, debilia vasa lymphatica eodem modo sibi qui conciliarunt, sub larva hydropis in scenam prodit; In aliis hoc modo Cachexiam, febrem lentam, hecticam excitat; Imo & in aliis mortem invitat &c. (path.)

§. XXIIX.

Ne autem in ejusmodi periculosos & fere ineluctabiles scopulos multi præcipitentur milites, necesse est ut 1) Peritis medicis, quippe qui sanitatis portum feliciter sciunt assequi, committantur; 2) tempus sufficiens curationi detur.

§. XXIX.

Morbi, filii martis in urbibus aut arcibus munitis ab hoste autem corona cinctis cubantes quibus obnoxii sunt, nec non consilia & regulæ prophylaxeos, quo modo contra illos se defendere tunc debent, partim cum præfatis partim vero cum sequentibus habent magnam convenientiam; Propterea etiam de illis, ne crambem recoquamus, in peculiari periodo hic agere supersedemus.

§. XXX.

Imminens Reipublicæ bellum Imperantem supremum quando urget copias suas contrahere & ex hyberniis vocare; Nimis autem in itinere fatigat, vel per loca, ubi vineæ atque horti siti multis pomis superbiunt, ducit, haud raro ex magna tali fatigatione vel nimia illorum ingurgitatione (in primis immaturiorum) Dysenteria, diarrhœa, febres rebelles pullulant §. VI. VII. seq. (pauci enim pomis abstinent).

§. XXXI.

Supr. dux ideo debet 1) nimiæ festinationi, nisi summa necessitas urget, parcere nec 2) per loca talia suas ducere, si autem illa evitare nequit, 3) pomorum usum interdicere.

§. XXXII.

Per loca si iter sumunt ubi morbi contagiosi maligni

epi-

epidemice grassantur vel sanis affecti illis morbis associantur & adjunguntur, exercitus inficitur & morti immolantur haud pauci (Path.)

§. XXXIII.

Optime hi morbosi vortices declinantur. Supr. dux illos subditos si 1) quippe qui vel morbis contagiosis e. g. Dysenteria, febre petech. laborant vel cubantes in locis, ubi tales bacchantur, non sublevat, nec 2) sanos per suspecta ac infecta loca ducit.

§. XXXIV.

Illis autem, qui loca suspecta frequentare coguntur, suademus ut diligenter salivam expuant & ad hanc proliciendam 2) Rad. Angel. Zedoar. Pimpin. Galang. ostrut., hæc si desunt, Tabacum frequenter dentibus terant aut ejus fumum hauriant. Masticatoria quia optime miasmati aditum in gulam intercludunt; (Therap.) 3) Conversationem ægrorum fugiant. (Ejusmodi remedia prophylact., quæ gente martiali facile in usum trahi & duci possunt, hic solummodo commendaturi.)

§. XXXV.

Quod si castra in locis exstruantur ubi solum est ulidum cœnosumque ac aer circumfusus effluviis venenatis scatet §. XV. morbi §. XVI. facilius contingunt; nec non de sanitate & vita Supr. Imp. nobilesque etiam maxime periclitantur.

§. XXXVI.

Si igitur Imp. Supr. & sua & suorum valetudo cordi animoque necesse est ob §. XVI. ut 1) habitacula sua, ubi solum (a) siccum purumque, ex quo aer nefarias particulas sugere nequit, (b) acclive, (c) fontibus aut flumi-

ne aquæ puræ & salubris a natura donatum, ponat: (usus patebit infra) Prope paludem autem si sedem sumere cogitur 2) ad oram, quæ polum respicit, illa exstrui curat; nam hic situs est ratione ventorum magis salubris. (Phys.)

§. XXXVII.

Civibus, quorum tentoria scilicet infamis ac inclemens lambit aer, cum peritissimis viris artis medicæ suademus ut 1) multos focos accendant & lignis resinosis Juniperi, pini, abietis &c. continue alant, quo aer ventiletur ac in aliquid purgetur. 2) Acidula sub austera conservas succosve limonum, Cydon., Citri, &c. vel vinum modice austerum vel acetum commune suis alimentis aliquando subinde admisceant aut adjungant ad vasorum lacteorum absorbentiumque oscula leniter constringenda, particulasque nefarias domandas, ne ocyus hæ sanguinem intrent; 3) stomachica e. g. frustulum panis vino imbutum, allium, calamum aromaticum, rad. galang. Pimpin. sæpe edant vel ore volvant §. XXXIV. 1) 2) 4) Spongiam vel linteolum (Schnupf-Tuch) Theriaca in aceto rosaceo vel aqua hungarica soluta sive vino subaustero imbutum semper secum ferant ac sæpe ori naribusque admoveant &c. (Therap.)

§. XXXIIX.

Nonnunquam in castra, quippe quæ bonæ indolis aere gaudent, morbi maligni invehuntur §. XXXII. vel casu, si quis nempe morbo contagioso correptus illa visitat ac cum civibus ibidem versatur vel ex instituto, talis affectus ab hoste ad hæc sin mittitur.

§. XXXIX.

Hac in re melius sibi & suis Supr. Imper. consulere nequit, quam si diligenter in constitutionem & viciniorum & adversariorum inquirere satagit, atque, si illi morbis §. XXXIIX. corrupti offenduntur, edictum promulgat, quod omnibus, quorum sanitas prius non fuit examinata ac integra inventa, introitum negat.

§. XL.

In castris autem si regnant morbi maligni, hæc consilia sistimus prophylactica 1) ægroti a sanis cito sunt separandi ac in angulum castrorum, qui polum respicit, portandi §. XXXVI. 2) Sanis observanda §. XXXIV. XXXVII.; vel 3) Castra mutanda sunt.

§. XLI.

Reliquiæ, quas lanionis manus ut inutiles abjecit, Excrementa animalium, cadavera, aliæque quisquiliæ malæ indolis intra castra si diu retinentur atque accedente calore in putredinem abeunt ac vapores, non tantum mephiti castra male opplent, dolore ut afficiantur spirantium nares; Verum etiam morbos inducunt §. XVI. seq. haud absimiles.

§. XLII.

Diathesis illa optime evitatur quando Supr. Imper. 1) suis imperat nefarias sordes cito, vel extra castra portare vel terræ profunde mandare; 2) Canales, quæ facile ac cito aquas tam nubium quam vesicarum &c. extra limites vehunt, effodendas curat (prodest hic §. XXXVI. (b))

§. XLIII.

Morbi, qui militibus in castris excubantibus super-

 ve-

veniunt, atque consilia quomodo abigi possunt, patent ex §. VI. VII. seq. Verum illorum invasio hoc in statu est facilior & præservatio ac curatio difficilior.

§. XLIV.

Milites, utpote quos in expeditione aliqua madido ac ex sudore nimis profuso corpore aquam frigidam oportet subire, facile excipit febris aliqua. (Pathol.)

§. XLV.

Incumbit præfectis hic suis ad ejusmodi labores destinatis parcere, ne illorum pori nimis excludantur atque orgasmus humorum excitetur (necessitas si abest.)

§. XLVI.

Necnon illos, frigidis madidisque vestimentis qui diu incedere debent nec illa iterum exsiccare nec artibus suis calorem restituere valent, sæpe etiam febres & §. IX. XII. visitant adoriuntque.

§. XLVII.

Utile igitur ac valde necessarium est, Imper. Supr. cura quod multi accendantur foci & continue alantur, ad quos sedere, vestimenta cito exsiccare atque membra fovere sub pluvioso dio versantes possunt.

§. XLIIX.

Imbecillis militibus si nimis duri labores imponuntur perficiendi facilius exinde non tantum sibi accersunt morbos quam robusti; Verum etiam spem boni eventus sæpissime eludunt (exper.)

§. XLIX.

Decet itaque Imperantes ad duros labores eligere robustos viros.

§. L.

§. L.

Alimenta, uti carnes putridæ vel a pecude morbo maligno corrupta petitæ, mala poma, aqua putrida ac sordium plena &c. corpori malam diathesin conciliant & morbos rebelles, dysent. & §. XVI. inducunt.

§. LI.

Quapropter exercitus præfectis omnem lapidem movere incumbit 1) Carnes bonæ motæ advehi; 2) Laniones non mactare pecudes valetudinarias ac illarum carnem distribuere; 3) Poma bonæ indolis ac pauca in castra portari. 4) aqua ex puris fontibus aut flumine hauriri, [prodest hic §. XXXVI. (c)]

§. LII.

Fames & sitis nimis vehementes quid mali in exercitu producere valent ex Historia milit: satis constat atque abigi quomodo possunt ex Polit. liquet.

§. LIII.

Terror, timor, ac tristitia magnas imo & pessimas in corpore nostro valent producere mutationes effectusque illudque male disponere; Nam hisce animi affectibus tonus & menyngum & cordis valde debilitatur ac destruitur; Quare ob debilem sanguinis influxum in cerebrum Phantasia perversa, pusillamitas ac lipothymia &c. oriuntur. In artus, Tremores, quia enim tunc solida superant fluida; In corticem corporis externum, imminutio vel cessatio excretionis cuticularis sequuntur; Ob nimis autem vehementem ejusdem influxum in pulmones ac debilitatem cordis anxietates præcordiales contingunt; Et ob irregularem ejusdem motum circa hypochondria, tur-

turbatio nobilium ſe- & excretionum inducitur &c. (Pathol.)

§. LIV.

Diſpoſitos ſic quando ſubita refrigeratio excipit, multi fœtus excluduntur mali moris §. IX. ſeq. nec non victoria redditur ambigua.

§. LV.

Hi mali hoſpites optime ex pectore militum poſſunt hoc modo pelli, quando 1) Supr. Imper. ſuis gregariis ſubditis ſtrenuos ac prudentes præficit duces. 2) Conciones ſacræ a Theologis qui authoritate & voce gravi pollent, frequenter habentur; 3) Varia & multa inſtrumenta muſica per caſtra ſonant hora imprimis imminente conflictus; 4) uſus magis conceditur ipſis liquorum ſpirituoſorum; 5) Præmia magna promittuntur; 6) Numerus ab hoſtis armis interfectorum ſi eſt nimis magnus celatur &c.

§. LVI.

Ut illi autem, qui morbo aliquo tenentur, arma ferre quo nequeant, bene ac cito, (quod ſtatus belli nonnunquam deſiderat), liberentur iterum, nec in ſyrtes incidant §. XXV. neceſſarium eſt quod Imper. Supr. peritos & rationales medicos ſecum ducat.

§. LVII.

Nec illi, quippe qui ex conflictu pro præmiis vulnera reportarunt [curabilia] claudi evadant vel morti

tra-

tradantur, necessarium quoque est, quo periti ac rationales chirurgi sequantur castra (exper.)

§. LIIX.

Singuli, si manu diurna nocturnaque pocula Bacchi versantur, vel in sinu Veneris continue fere hærent, vel omnes injurias aeris contemnunt, vel nimis ambulando sive equitando citra necessitatem se fatigant, morbis §. VI. seq. sæpe succumbunt.

§. LIX.

Quo liberius vitæ genus autem quod milites gregarii habent, nobis etiam licet magis strictas sanitatis regulas prophyl. hic dare; 1) Caute ipsis est vitandus aer per horam fere integram ante ortum solis, quoniam eo tempore radii solis superiorem partem atmosphæræ intrantes vapores ac nefarias particulas elevatas in inferiorem præcipitant atque compactiorem, inclementem, imo & nonnunquam insalubrem reddunt, 2) nec non aer vespertinus post occasum solis per horam ob allatam rationem inversam; 3) Pocula ebrietatis evitanda, non vero hilaritatis. 4) Castitati & temperantiæ studendum est, 5) moderate se movendum est, 6) & exsequenda sunt a §. XXXI. ad LVI. usque commendata.

§. LX.

Ex hisce sequentes quæstiones solvi possunt; ân necessarium ac utile militum quod tueatur valetudo? transspiratio inhibita an sit magni inter milites habenda? Quare multi in hydropem, Phthisin &c. abeunt? an situs castrorum morbos invitare & arcere possit? an medici periti ac rationales in castris valde utiles ac necessarii sint?* reliqua.

* * *

SIc frueris lætus fortuna, quam Tibi luce
Præſenti voluit conciliare DEUS.
Non omnes talem capiunt a Numine ſortem
Sed fuit illorum deſidioſa manus.
Infauſtum fauſtumque poteſt ſe quisque videre,
Si male vel melius res agit ipſe ſuas.
Felix quem pietas, virtus, induſtria ducit;
Infelix quisquis nil niſi prava cupit
Nunc, Præclare, Tuos merito laudamus honores,
Quos acquiſivit mens ſtudioſa Tibi.
Apprecor ex animo, maneat fortuna perennis.
Floridus accedat, perpetuusque vigor.

PRÆSES.

Hygea, welche stets die Würdigsten bedenckt,
Die giebt, Hochwerther Freund und Vetter, Dir auch heute,
Den längst verdienten Schmuck, des Fleißes süße Beuthe,
Den schönen Doctor-Hut; und da sie diesen schenckt,
So schenckt sie Dir zugleich, Ruhm, Ehre, Glantz und Glücke;
Denn diese werden Dir hinfort zur Seite stehn,
Es wird Dein muntrer Fuß auf Klee und Rosen gehn,
Wohin Dein Auge sieht, siehst Du geneigte Blicke.

Du hast es auch verdient, daß Dir die Ehre lacht:
Du hast von Jugend auf, wie arbeitsame Bienen,
Aus der gelehrten Schrift gleich als aus den Jesminen,
Der Künste Honigseim gesammlet mit bedacht.
Aurora, wenn sie kaum die Welt mit Rosen schmücket,
Traf Dich schon munter an, in Bücher eingehüllt,
Bey später Cynthia hast Du den Durst gestillt,
Wann sich Dein edler Geist an Schrifften hat erquicket.

Es kan nicht JENA nur ein wahrer Zeuge seyn,
Von Deinem muntern Fleiß und Tugend-vollem Leben,
Wo in der Medicin Du Dir viel Müh gegeben,
Auch Friedrichs-Saal-Athen, stimmt damit überein,
Daß Dich die Tugenden und edlen Musen küßen:
Denn heute legest Du vor der gelehrten Welt,
Ein klares Zeugniß ab, das Deine Hand gestellt,
Wie viel Dein Geist vermag und Dein gelehrtes Wissen.

Ich

Ich gratulire Dir aus treu-gesinnter Brust,
Und setze diesen Wunsch zum wohlverdienden Ehren:
Es müße sich Dein Wohl zu allen Zeiten mehren,
Sey einst der Krancken Trost und aller Menschen Lust;
GOtt laße Kraft und Heyl, bey Deinen Curen liegen,
Das Glücke diene Dir, die Ehre sey Dir hold;
Doch wann die Medicin Dir Ruhm und Ansehn zollt,
So laß mich, wie bißher, auch Deine Gunst Vergnügen.

Hiermit wolte seinem Hochgeehrtesten Herrn Vetter so wohl zum wohlabgelegten Specimine als rühmlichst erhaltenen Doctor-Würde aus erfreutem und ergebensten Hertzen gratuliren

F. L. Mettengang, Med. Cult.
Herfordia-Westphalus.